11/37-002

Viro clarissimo, Dr. R. de Visiani,

Prof. d. Botanik etc. etc.

Auxiliô Tuo Equiseta herbarii Trevisaniani mihi commissa sunt; accipe gratias meas quam maximas! Sed collectio illa mihi sine literis mihi missa est, nec scio, quo Herbarium illud remittam.

Itaque Te rogaverim, ut spectatae Tuae benignitati alteram addas et viro clarissimo de Trevisa has plantas mittas! Nam admodum dolerem, si culpâ mea collectio mihi commissa amitteretur!

Monographia mea nunc finita, jam manibus Praesidentis nostri tradita est.

Vale!

Dr. J. Milde.